



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Patricius Ep. 17. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

17. Mart. VITÆ SANCTORUM. 179

Manus pauperis est Gazophylacium Christi; Da ergo homo pauperi terram, ut accipias calum: da nummum, ut accipias regnum; da micam, ut accipias totum: Da pauperi, ut des tibi; quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quod non dederis, habebit alter. S. Petr. Chryf. serm. 8.

S. PATRICIUS EP. 17. Martij.

PATRICIUS puer servitute servavit Hibernis, magno horum bono: è servitute enim dominos suos servus eripuit. Id hoc modo factum. Parvulum è Musatum sinu latrunculi in Hiberniam abduxerunt. Ibi suos pascere jussus est nobilis pufio. Agnosceres sanè margaritam ad pedes porcorum abjectam. Ceterum è serobe, quem porci fecerant, lytrum egerere Angelus jussit. Ergo in patriam redux in disciplinam SS. Martini & Germani Antisiodorensis se dedit. Post hæc, ut Hibernos Christo adjungerit, suaserunt somnia, in quibus & accipere ex Hiberniâ epistolas supplices, & necdum natorum Hibernorum voces plorantium opem audire sibi videbatur. Euntem igitur in provinciam suam, insulâ Cælestinus Pont. donavit. Anachoretas baculo quem, quod ex manu JESU accepisset, jussusque PATRICIO dare fuisset, ab eodem, JESU baculum dixit. Ita armatus in Hiberniam venit, & æquis auribus tam diu auditus à pluribus est, quoad de inferorum suppliciis dicere:

180 VITÆ SANCTORUM. 17. Mart.
cœpit. Hæc enim, velut fabella, risu ex-
cepta. At PATRICIUS locum, ubi dicebat,
scipione suo cùm signasset, amplum terra
hiatum aperuit, iussitque non fictis voci-
bus inferos ipsos concionari. Tunc verò
inferos esse inferis creditum est, locusque
is Purgatorium *Patricii* appellatus, qui
cùm omnem eam gentem in libertatem
filiorum *Dei* asseruisset, annos natos C.
XXII. ex corpore, altera servitute, abiit.
Pilei loco Superi coronam donarunt. Ex
Lippeloo & Pet. de Natal.

*Propterea rectum fecit Deus hominem
etiam corpore ipso, & os homini sublime de-
dit, cum pronantique spectent animantia
cætera terram; ut attollens ad sidera
vultus illicò suspiret, ubi tam beatam &
perennem conspicit mansionem. S. Bernard.
serm. de SS. Mart.*

S. GERTRUDIS. V. 17. Mart.

GERTRUDEM quoque ob sangui-
nem, quem nobilissimum inter Gal-
los habebat, sanctè superbam videsses.
Quare cùm eam juvenis (è principe &
ipse familiâ) sponsam sibi à parente Pi-
pino peteret, ipsumque adeò Regem Da-
gobertum, qui tum fortè epulo hospes a-
derat, oratorem haberet, contempsit ta-
men mortalem sponsum GERTRUDIS, &
jurejurando palàm firmavit, non nisi
immortali nupturam se, nec aliam do-
tena